et laboribus ſ̃lucſtibus manere cogit, deſtituereꝫ se:
damm non permiſit, immo illarum nauium frmentꝫ one:
rariam nautas ads ſtiſſy ab eisdem nauibus dsperſt
et expnlit. tñs non contentꝫ vi recepto pfato Conſo Stam:
ſtao Croiewꝫ ad offitium Cabren Nren in suo proprio
curru vt iuſſit, ad recognitionem gnabdam in cõm ſatisfa:
ctionis illi per eum facien vt illi placuit, ne pro huius:
modi iniurijs agere poſſit, verbaꝫ inhonesta et mdic:
tia multa cum verberum illatione multorum mtra hanc
nagodiam faciebat, cum prædictis peditibus pro re nro
ad bellicam neceſſitatem con Quomen ordinatis et condn
ctis ea patrare ausus est facien præmiſſa in præiudiciu
non mediocre. quam quidem protestationem sic et non
aliter factam ac pntibus commotandam nomine quo
rum interest acticandamꝫ petitum est, quod obt admis:
ſum. In cuius rei appreſſum. Datum
Vilnæ 6. die Menſis Junij. Anno dñi. 1557.

Sio

Donatio vsusfructus siue
inscriptio pascuorum Sparan
nominatorum vna cum Liben:
tal dicto Nobili Ludouico
Verſſfeld eiusꝫ vxori ad ex:
trema eorum vitæ tempora.

Sigismundus Angelus &c. Gramus &c. Quia
cum Joannes Kostka Castellanus Cracouien, terrarum
nostrarum Prussiæ Thesaurarius, Princeps, Dilectusq;
Capitaneus, amicus et frater germanus illius Obrichto-
phorus Kostka Capitaneus Colmen summa qua olim
nobis Stanislao Kostka Palatino Culmen patri eorum
præd. Galiencesq; simul et quadra villas et pastua-
rium Dirsula inscripsimus vltro cedentes obtinuerut à
nobis gratiam in gratificatom obsequiorum per Nobile
Ludouicum Kerssfeldt patri illorum exhibitorum pastua
Sparaw nominata gratiose olim Joannes Ungarus li-
bera absq; solutione alicuius census tum possedit una
cum Libental dicto Ludouico inscribere. Ad quorum
petitionem tum commendationem aliquorum consiliariorum
nostrorum dicta pastua Sparaw in suis limitibus prout ea
Joannes Ungarus possedit una cum Libental cum omnibus
et singulis, vtilitatibus, prouentibus, fructibus, usu-
fructu qualiter cumcunq; nullis exceptis aut in eisdem
pastuis pro nobis successoribusq; nris reseruatis ipsi Ludo-
uico Kerssfeldt et vxori sue legitime Agnete conferenda
et inscribenda duximus, prout præsentibus conferimus et
inscribimus per ipsum Ludouicum eiusq; vxorem Agneta
osq; ad extrema vtriusq; vite tempora, habenda
vtifruenda, quiete et pacifice possidenda, aut alteri
cuicunq; voluerint locanda, et in vsus suos conuertenda
prout illis melius et vtilius videbitur expedire.
Et quibus nullum censum neq; onem vllam nobisq;
successoribusq; nris facere tenebuntur. Mortuis autē
vtriusq; prædicta pastua ad nos successoresq; nros red-
ibunt pleno iure. Viuentibus vero vtriusq; aut alte-
rum pastua prædicta nec pro necessitate castri nostri
Marienburgensis aut mense nre ab eisdem comingibus

revocabimus aut repetemus, aut alicui alteri aliqua summa inscribemus nec successores nri revocabunt, repetent, aut inscribent, Cas autem si tale quid per importunam instantiam obtinuerit, illud irritum fore et esse debere declaramus. In cuius rei fidem &c. Datum Vilne die festo Pentecostes. Anno domini M.D.LVII. Regni nri XXVIII.

Rex Sbio.

Confirmatio Irarum Divi Sigismundi Poloniae Regis immunitatem domus in suburbio Leopolien per Nobilem Foelicem Baluczinskii Capitulo Leopolien testamentaliter legatae in se continentium.

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c. Productas esse nobis pro parte venlis Capituli ecclae metropolitanae Leopolien literas Divi olim parentis nri infrascriptas, immunitatem curiae domus in suburbio Civitatis Leopolien sitae, ipsis per Nobilem Foelicem Baluczinskii testamentaliter legatae in se continentes, atque supplicatum esse, ut eiusmodi literas approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Quarum tenor est hic. Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae: magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae &c. Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit omnibus. quia supplicationibus certorum consiliariorum nostrorum pro Carissimo Foelice Bialuczinskij terrigena nostro nobis porrectis, servitijsque ipsius permoti, domum ipsius propriam in suburbio Civitatis nrae Leopolien inter domos venera-
bilis et Carissimi Jacobi Buczatzkij Electi Camenecensis

ex dona, et Andree Herborts parribus de Kallera sub
castro superiori sitam a soluendis omnibus et singulis de-
sibus datis et quibuscuis laboribus ex eadem domo nobis
dari et deliberi solitis absoluendam et liberandam duxi-
mus, absolvimusq; et liberamus pribus temporibus per-
petuis Conacum consorte eius ac successoribus quibuscuis,
pro tanto tibi Mco Stanislao de Sodecz Marschalco Regni
nostri modrino et alijs pro tempore existentibus Capitaneis
Leopolien committimus & mandamus, quatenus eum
Foelicem Bialuczinskij et successores eius ad nullos ex-
soluendos, neq; ad aliquos labores ferendos D.t. cogat et
compellat, seu cogi et compelli faciat, et alr non faciatis
sub gratia nostra Datum quibus sigillum nrum est
subappensum testimonio literarum. Datum Leopolij feria
quinta proxima post festum Sancti Martini. Anno
domini M.D. ix. Regni nri anno tertio. Matthias
Dei gratia Rex premissionis et victoriosissimus subscri-
psit. Nos itaq; Sigismundus Augustus rex
confatus, supplicationi prefate benigne annuentes eas
supra scriptas, approbandas, ratificandas, & confirmandas
duximus, uti quidem approbamus, ratificamus, & con-
firmamus presentibus, decernentes eas in omnibus illa-
rum punctis et conditionibus robur debite firmitatis obti-
nere deberi. Volentes preterea gratis mte in eius
modi Prelatos ac Canonicos Eccle Leopolien aliquod
extare testimonium, eam ipsam domum Conacum cum edi-
ficiis illius omnibus, ac Hortum seu predium Baluczin
dicte illis ex premissum est testamentale legatum, ab
omnium et singulorum Capitaneorum, Capitaneorum, &
aliorum quorumuis officialium Ciuilium, secularium
Jurisdictione et potate eximendam et liberandam duxi-
mus, eximimusq; et liberamus pribus, earumq;

iurj, immunitati ac libertati Ecclie assistimus & mitor-
poramus, ita sizt ut quum aliqua controuersia de bonis
suprascriptis orta fuerit, hac non nisi iure & quali cogno-
scatur ac diudicetur. Quod omnibus quorum interest
notum facimus per presentes. Mandantes, vt qua
nos domini vna cum Jodoco supramemoratis, eiusq; pos-
sessoribus dedisse immunitatem agnoscunt, eam non
solum ipsi ne violent, sed etiam pro auctoritate & officio
suo violari à quoq; patiantur. In quod vt firmius
stetur & firmius Sigillum nrum presentibus est appen-
sum. Datum vilnæ feria tertia pentecostes. Anno domini
1557. Regnorum xxviii.

Ossio

Consensus super reformatione
per Nosum Foelicem Leonar shi
in bonis Resiis Hamerstein &
Baldemburg quæ uxor foeudi tenet
Uxori suæ Nobili Barbaræ Ze:
lislawska factum.

Sigismundus Augustus &c. Cum &c.
Exhibitum nobis esse per certos consiliarios nros
pro parte Nobilis Foelicis Leonardi bonorum Hamerstein
& Baldemburg in terris Pomeranie consistentium iure
foeudi hereditis, vt cum is non ita pridem uxori sue
legitime Nobili Barbare Nobilis olim Michaelis à
Zelislaw filie certam summam pecuniarie dotis ac ite
donalitie largitatis nomine in dictis bonis foeudalibus
reformauerit, actis q; officii Ciuilis Stargardiensis
inscripserit, quodquidem id illi consensu nostro iure

quisdo facere minime licebat, in reformationem eiusmodi consentire, eamq; ratam et firmam habere vellemus. Nos supplicationi istiusmodi annuentes in dictam reformationem eo vt prefertur modo factam consentiendum duximus consentimusq; hijs literis nostris, eamq; perinde valere volumus, ac si a principio consensus noster ad eam rem accessisset, per prenominatam Barbaram illiusq; successores bona eo modo sibi reformata iuxta eius et tenorem inscriptionis per ipsam maritum suum sibi facte tenen, habenda, pacifice et quiete secundum morem et consuetudinem reformationum in terris Pomeranie antiquitus obseruari solitis possidenda, ita tamen ne bona nra prefata feudalia in defectu prolis masculine, summis aliquibus propterea sint onerata. Hocq; presens reformationis inscriptio nihil nobis et nri nostro preiudicij et detrimenti adferat, iuribus nris ibidem saluis manentibus. In cuius rei testimonium sigillum nrum pritibus est appensum. Datum vltimo feria quarta post dominica Exaudi proxima. Anno dni 1557. Regni nri anno xxiiii.

Visto.

Assensus Regius super diuisione medietatis oppidi Oborniki et totius Aduocatie eius: dem oppidi inter Posnos Stagnum Splawski et Miasthoniam Strzelnensi facienda.

Sigismundus Augustus rex. Stanislaus Hosius.

Inpplicatum nobis esse per certos consiliarios nros
pro Cenoséb Stanislao Oplawslij & Matgia Eiroslawskij
meditatis oppidi nostri Obrimlej ac totius Quocatiæ eiusd
oppidi Temitariorum, vt cum indiuisè bona ipsa ad eam
diem possiderint, diuidendorum illorum contractumq; de in-
per conficiendi prae illis per nos fierent, secundum quam
alter dicti oppidi meditatem, et alius Quocatiam totale
Obtineat, ac ita controuersiæ quas subinde inter eos ob
non diuisionem bonorum suprascriptorum subiri accepi-
mus submoueantur. Nos precibus eiusmodi benigne an-
mentes in eiusmodi diuisionem contractumq; inter bonorum
eiusmodi nrorum Opfatos temitarios faciendam consentiend
duximus, consentimusq; Hisce lris nris bona eius modi
nostra per suprascriptas personas illarumq; successores
diuisim prout alicui ex ipsis ex eiusmodi diuisione esse-
rint secundum contractum ratione præmissorum inter eos
faciendum, actisq; quibuscuis iudiciorum seu officiorum
Regni nostri inscribendum ac recognoscendum in omnibus ge-
mitariis seorsim ac Opacifice in dictis bonis priuilegiis
originalibus inscriptis tenenda, habenda, vtifruenda, dan-
donanda, commutanda & in eos quos illis aut alteri
ex eis meliores & vtiliores videbimus nos, nostro ta-
men seu successorum nostrorum consensu requisito commodeda
tamdiuq; possidenda, quoad summa in dictis bonis inscri-
pta successoribus illorum per nos vel successores nros exo-
luta fuerit, quo facto possessione dictorum bonorum rede-
re tenebimur, Juribus eorum nihilominus adiutalibus
integris manentibus, sed et nris ubiq; semper
salvis. In cuius rei fidem &c. Datum Vilnæ
feria quinta post festum Pentecostes proxima. 1557.
Regni nri xxviii.

Copia.

Conseruatio ād viam in
possessione aree et taberne
item molendini in villa
Holowiecżko capitis Samboriensis Honesti filiæ olim
Petri Holowiecżski.

cpoy

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c.
Adductos nos esse quorundam consiliariorum nrorum
precibus, pro honesto filia prouidi olim Petri Holowiecz-
ki senioris in villa nostra Holowiecżko in capitis Sambo-
riensi sita, filio apud nos interpositis vt eum in libero
usufructu et quieta possessione aree et taberne item
molendini nostri in villa nra q̄ fata Holowiecżko in ca-
pitaneatu Samboriensi sita consistentium conseruandum
et relinquendum duxerimus, vti quidem iam relinquimus
et conseruamus cum suis fisci nris, et sine omni impedimento
durare permanereq; volumus ad extrema vite eius
tempora. Promittentes verbo nro Regio pro nobis
et successoribus nris, non esse nos neq; illos possessio-
nem et usumfructum eiusdem aree et taberne nec non mo-
lendini q̄ fati, censu nidilominus nro in eod molendino
reseruato, eo vigente etiamsi fisci, cognitionis, alie-
uoue nri vel Reipub. usus postulare videretur, ade-
quos, sed neq; illi hominum ulla unq; ratione adi-
menda pretatem facturos. Quod si autem per obliuionem
vel aliamquamcunq; causam contrarium aliquid de ta-
ctaria nostra fuerit editum, illud iam nunc inritum
manere et nullius ponderis esse futurum promittimus
et decernimus. Mortuo autem illo cum suis
in dictis area, taberna, et molendino nris per an-

tecessores nros ltra mdi pro snecessoribus eius perpe-
lua fecit, plino ad nos ruersum uire redibunt, diuibq
nris Regnis ibidem & saluis manentibus. In cuius
rei fidē &c. Datum vilne decima Dmij. 1557.
& regni nri xxviii.

Rsshio.

Confirmatio lrarum Canosi,
Sebastiani Lubomirski capn
Sanocen erectionem seu locatione
ville dicte Przilehi in eodē ca-
pitaneatu site'm se continentiu.

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c.
Exhibitas esse coram nobis lras in pargameno scriptas
titulo et sigillo Canosi Sebastiani Lubomirskj de Wiśnicz
et Capitanei nostri Sanocensis communitas, sanas, sal-
uas, omniq; suspitionis nota vacantes, erectionem seu lo-
cationem villa in nona et trenda radice in Capitaneatu
Sanocen site dicta Przitelej et libertates infrascriptas
perpetuas in se continen. Supplicatumq; est nobis
nomine quorundam consiliariorum nostrorum et locato-
rum ville mee prefate discreti Fedor poponis dicti Joloy
de Rossoro Anthemi, ut eisdem et omnia in eis contenta
approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum
tenor est iste. In nomine domini amen. Ad
perpetuam rei memoriam. Quoniam solo litterarum usus
memorie fulcitur acrimitas, ab omniq; obliuionis inimica
rebus memoratu digna vindicantur, et omnia que pub-
lice gerentur ad obtrectatem relinquenda nisi testimonio
fuerit roborata successu temporis aboleri & obliuioni
dari solcant. Proinde nos Sebastianus Lubomirski

a Inbornerz Dapifer terre Cracouien et Capitaneus
Sanocen. Significamus tenore presentium quibus expedit
universis et singulis tam presentibus quam futuris
Hanum noticiam Habituris. Quia nolentes fructus &
prouentus bonorum Regalium eisdem in bonis Capita-
neatus Sanocen ad Thesaurum Sacre R. Mtis am-
pliare et adaugere, Ubertatemq; conditionem et instu
ac proficuum augmentum in prefatis bonis Capita-
neatus nostri Sanocen cum id nrâ interest profide et
debito officii nostri fecundare ac ex mentibus et desertis
locis, qui multum commodum Thesauro Sacre R. Mtis
in Capin Sanocen deferunt, cultiora et Habitabilia
facere, tum etiam in omnibus commodiora parare, de quibus
utilitas licita ex humana industria succrescere & euen-
nire potest, propterea discreto Fiedor popem dicto Jolop
de Rossow Antheno iam de cetero perpetuis temporibus
Prefecthi imitantes admisimus et dedimus, admit-
timus et damus tenore presentium fundare et locare cri-
gereq; de noua et nuda radice villam que existentis pri-
bus prefilphi appellabitur et vocabitur in bonis Sacre
R. Mtis et fundo Capitus Sanocen in fluuio dicto
Oslawa in terra Sanocen sito, scluasq; ex quibus multo
fructus prouenichat, extirpare, quod villa prefato
locabit in fluuio dicto Oslawa incipiendo à loco ubi torus
dictus Roncgow in fluuium prefatum Oslawa incidit
et cadit, indeq; isto torrente tendendo vsq; ad summitate
ipsius torren komow et à summitate torrentis komow ad alia
vsq; summitatem alterius torren dicti Trawiny eundo sum-
tate partialis alb rziadem vsq; ad gramices ville Ka-
mionka Cnosi Stanislai Tarnawskij et consequenter
per dictis gramicibus ville Kamionka ubiq; ad de
pendentiam monty vocabuli Rutzemico dicti Zgo

et à dependentia dicti montis vbi quondam riuus
vel riuulus fuit in dicto loco vsq; ad montem almin.
dictum Nuzeblecl, et à dicto monte Niezieblecb via
tendente, vel semitate montis als viezegem Zezbn
Lonbliego eundo vsq; ad torem dictum Cstinhova
qui torens dictus influit in fluuium Oslaua, et tande
per fluuium Oslaua ad montem dictum Zasionov et
à monte Zasionov ad almm montem dictum Znetova
et de monte Znletova ad montem Kotissov, et à mote
Kotissov tenden partiali dicto Krosczienskiem dziadem
et partiali dicto Krosczienskij vsq; ad flumm Oslava
et fluuio Oslava vsq; ad inensum torem dicti Kamov
à quo incepta est dicta villæ riemm ferentia cum
ambabus ripis fluuij Oslaua necnon cum omnibus
riuis, riuulis, montibus, semitaribus, fluuijs, fluuiolis,
aquis, et earum in fluuium Oslaua decurrentibus riuis,
et agnarum decursibus, inclinationibus, nihil penitus ex-
cipiendo modo emisso in descriptione signorum metaliu
seu gramialium conten, pro utilitatibus incolarum
dicte villæ pzelobi ac scultetie in ibidem sezuen et
pertinen et ut in posterum ordo integreq; possessiones
in ipsa villa Capistaneatus nostri olim deserta nunc
vero ad locan adnemen retinerentur, non minus esse vti-
tutis censen parta tneri, q; amissa querere eidem pfato
Fedor pop dicto Zolop de Kossov Kntzeno iam de cuctero
pzelaski appellan qui hanc ipsam villam ex ruda
radice locabit colonis, sylvasq; extirpabit et in cos
sari &. Altis gntum ad ipsum pertinet pro parte non
medioni ampliabit, ac in posterum gntum expedire
lancos in eadem villa videbi si: constantissime instu:
dit augere, promde perspectam eis integritatem, fid;
ac in istius villa locationem diligentiaq; non parum

Habẽ eandemq; contentum reddere eiq; gratificari
pro eius iustis laboribus cupien, eidem præfato Fedor
przileski suisq; ltmis successoribus in eadem villa
Krukticiam cum tribus laneis agri in vhos campos lib-
ris ab omnibus et singulis datus, pensionibus, censibus,
seruiciis et oneribus quandoquidem nemini ea ipsa conces-
sione præiudicari videmus, damus, donamus, concedimus
dedimusq; donauimus et concessimus per petes perpe-
tuo & in emm hæreditario omnimodè tenen, habẽ &
possiden, cum omni iure, domino et proprietate. Quæ
villa præfata przileski in omnibus suis causis, nego-
cijs, et iudicijs uti ac iudicari debebit, iure valachico, qua
villam eidem uiri assignamus et incorporamus, quæ
quidem villa przileski erit sarl &. alijs ad cabum q;
tandem spectabit et pertinebit, cuiusq; incolæ spectan-
bunt et pertinebunt perpetuè & in emm. Cuius quid
villæ præfata Przileski Incolæ omnes libertate gaude-
bunt, ad viginti annos, liberiq; erunt ab omnibus et
singulis datijs, censibus, seruicijs & oneribus laboribusq;
ante expirationem præfata libertatis, et tandem omnes
et singuli colonj expirata cuilibet eorum libertate
præfata viginti annorum à locatione cuiuslibet in cuba
radice ad onera prestan et census ac datias more aliarum
Incolarum in alijs villis valachicis exunt perpetuo astrict
quos pntibus astringimus, & oneramus viz quilz
el mutzo de medio lanco pro censu singulis annis gros-
sos grandecem et per omnem casem valachicum et in-
gulum equestrem alis portag et frume per grossum
omnem soluere et dare tenebitur. Item quilibet etia
anno quolzt Cmeto et Incola eiusdem villæ decimum
porcum et vigesimum agnum seu Mozonem viz
de centum ouibus grungz agnos dare et restituere

tenebitur. Item Bellicalmm dnm obuenerit per grossos
sex etiam quilibet & metho de mediolanto dare tenebitur
et omnes Incole eiusdem ville ad plominj et ad cu-
stodiendum Vzelonem tempore mundmaxim in Canole du
necessarium fuerit ire tenebuntur paratiqz esse debent
Preterea dnm vicecapitaneus Canoten venerit ad eam ipsa
Villam Incole eiusdem ville pro aduentu eius com
festuale ceruisie et prandium parare debent, Item
Messones Incole eiusdem ville ex mellificijs aymi
de qualibet arbore per medium grossum. Alicui vero qui
ex alia villa in limitibus dicte ville prilicij mellificia
laborauerint per grossos duodecim xone mellis diui di-
ctis dare et soluere tenebuntur. Alii tenebuntur
mento etiam necessitate vt in eam villam prilicij ali-
quis profugus hominum venerit ex eadem extradi non debet,
sed sibi iusticiam de eo ibidem pro iuris datis administrari
debet, Item etiam pro Synagoga eiusdem ville vnum
canetum agri dabunt et assignabunt, quem semper habe-
bit et obtinebit, de quo Honorationes saltem pro festo Pa-
sche capreolum vnum, et pro Natiuitate Christi leporem
vel caseum valagicum ad Castrum Canole singulis
annis et non plus dare tenebit. Item prefatus Ezri
Leuita cum suis successoribus habebit perpetuo ad cand
sustentiam cum tribus lancis prefatis ex rescentias pas-
tiales duas alis obzarij, que cum agris & messonalibus
currentibus non obissent, et villagium obi fuit minuta
colonorum erit, necnon duo prata iuxta quod duo fuerit
campi habebit etiam cum suis posteris et legitimis succes-
ribus ad candem sustentiam molendinum cum sera alias
spisa et parui pressorio alias sfolinssem in fluuio Osaua
pro eo et necessitate sua, cum omnibus eiusdem molendini
emolimentis omnis grani et fructibus ac reditibus

ad quod molendinum molendinatorj protunc exnt' medi-
um lanerum agri liberum ab omnibus et singulis datiis
et tributis, seruicijsq; damus et assignamus. Pissinas
quoq; propxias quotq; voluerit uel habere poterit in bois
et in hereditate sibi dimensa edificare et facere pro vsu
et utilitate sua potens erit. Tabernam quoq; ad eam-
medium lanei agri eidem Sculteto et eius successoribus, ac
ex ea fructus omnes et prouentus necnon mellificia
apum et pascua vbiq; idem ipse Sculteus cum suis succes-
soribus pro vsu suo libera ab omnibus oneribus et solutionib.
uel commentionibus habebit. Praterea fabrum, textorem,
sartorem, lutifignlum, et alios, hominos quotquot uel ha-
bere poterit in sua parte que illi concessa est, vidz in la-
neis suis et villagio suo, quos pro usu suo habere poterit
libere ab omni data & impedimento quorumlibz prefectorum.
licebit etiam eidem Sculteto et eius successoribus habere pi-
scatum et venationes feraum tam paruarum q;
magnarum omnium aucupium in omnibus locis predi-
cte villa pro sua utilitate, que omnia et singula ipsi predi-
cto Sculteto ac suis legitimis successoribus debent esse libera
tanq; hereditas. Item. idem sculteus cum suis succes-
soribus, de omnibus censibus ex nicolis prefate villa solven
sextum denarium, de porcis vero et agnis predictis, nemo
ex aliis omnibus et singulis vicis censis, datis, et questis
omnibus, tam maioribus q; minoribus, et de omni re iudicata
fuit in magnis fuit in particularibus iudicijs et diuortij si
quando contigerint tertiam partem fuie tertium denarium habe-
bit perpetue. Item mansures omnes alis et minus ab
aliis in matrimonium ex more datis in alium dominum
ad sculteum semper pertinebunt, Insuper et molendinos omnes
et incolas prefate villa duas honorationes quas vulgo
poczthij vocant quolibz anno Sculteto ipsato et eius succisso-

ribus dare tenebmtnr et qmlzt eorm tenebitur dzi pro
festo Natiuitatis Christi duos panes et duos gallos, pro festo
vero Paschae duas tortas et trigmta ova gallinacea.
Item omnes etiam incole ville eimdem et quilzt eorm
in eno quoqz amo tres dies seruiete et eius successoribus
laborare tenebitur quidemqz ipse misserit, et ad conmocato:
rium dle na tzlohz alios tres dies similiter omnes incolz
lr mettones tenebmtnr ire et laborare debebmt eidem
Gualtero et eius successoribus, ad quicquid iusserit, qui illis
:stam et potm his tribus diebus dare tenebr sicut fieri solet
in conuocatorio. Si quis vero lr mettonm absqz prole
decesserit, substantiam aliqnam post mortem snam relinquet,
eius iusta pars comerti debet pro eogmna Alhis suae tregid
et reliqua consangmineis mortm debet dari, cum quibus ter:
tiam partem habebit Gualterus conatum suis successoribus.
Ad molendinum etiam seruiti ad praeparandum obstaru:
lum eiusdem cum postmlauerit necessitas, subditi omnes dicte
villae tenebmtnr ire toties quoties opus fuerit, Saluario
vero vsum lr mettones dictae villae iusta arbitrium no:
strum et successorum nostrorum Yoi capitaneorum habebunt.
Ab aliis autem omnibus et singulis pensionibus, laboribus,
angariis, censibus, et dationibus quibuscuis vecturis atqz
oneribus iuri et consuetudini valacgice inconuenien subdi:
tos et incolas dictae villae prdicti libertamus, et exmi:
mus. Gualterus autem et eius successores expeditionem belli:
cam non tenebmtnr seruire, sed expirata libertate predi:
cta viginti annorum tempore gnalis motionis belli vel ali:
cuius distrbij extranei tenebitur et eius successores tenebntur
nostris vicecapitaneis vel vicegeren ad Custodiam arcis
Zgarol sue quauis temporis interpositione vie et illic in
arce Zgarol obsequi pro necessitate arcis iusta manda:
tum nostrum vel vicecapitanei nostri siue vicegeren,

et nihil aliud præstabit et præstare tenebitur ejus
successores tenebuntur, quem et quos ad idem adstringimus
et adimigimus. Pro omnibus autem iniuriis, causis, et
negociis contra sic quemlibet non nisi coram nobis et nris
successoribus protunc Capitaneis ac locum eorum tenen-
tibus respondere ac satisfacere debet et debebunt uire tamen pri-
uilegiis. quos ab omnibus aliarum quarumuis personarum
uiribus et Jurisdictione liberamus et eximimus. Liberum
autem erit prefato Przibyghi scultheto suisq; successo-
ribus terras. eandem scultetiam, vendere, donare, obligare, co-
mutare, et ad usus suos beneplacitos convertere nostro priuile
ad quemcumque aut successorum nostrorum pro tempore Capitaneo-
rum aut saltem sacre R. Mtis requisito consensu. Quibus
quidem inhibendo iuri communi viduum, mane omne factum
reservatum. In quorum omnium et singulorum fidem et
euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est ap-
pensum. Datum et actum in Cabo Canoren vige-
sima tertia Januarij. Hoc est Sabbato ante conversionis
S. pauli. Anno domini Millesimo quingentesimo quin-
quagesimo septimo. Nos itaq; Sigismundus Au-
gustus Rex prænominatus, supplicationi predicte beni-
gne annuentes, Literasq; præmissorum tenores et gratas ha-
bentes, eas in omnibus earum punctis, clausulis, articu-
lis et conditionibus approbamus, ratificandas et confirman
dum censuimus, approbamusq; ratificamus, et confirmamus
presentibus literis nostris. Decernentes eas et omnia in eis conten
ta, robur debitum et perpetuæ firmitatis habituras. In
cuius rei fidem etc. Datum Vilnæ ut supra.

Ad mandatum.

Inscriptio donatoria sup re:
signatoria granarii Safrankow:
sui dicti in oppido negio Niessow:
va per Nobilem Gasparum
Volschi Canosc Stiborio Krzihow:
sui facta.

Gigismundus &c. Significamus &c.
Quod constitutis personaliter coram nobis Nobilis Caspar
Volschi, suo et Nobilis Andree Komorowskij pomiliomis
nri fratris sui vterini nomine pro rati habitione eiusdem
cauendo, rectendoqz à terris et districtibus suis quibuscuis
et se Jurisdictioni sue nostre quo ad actum presentem mar-
parando, palam, publicè et per expressum fassus est et
recognouit, quia granarium sum prefato Andree Ko-
morowski per nos donatum Caffranhorowski dictum in
oppido nostro Niessowa in ripa fluuij Istula versus
villam przepust sitam, Circumspecto Stiborio Krzihorowsky
Secretario et Notario nostro dedit, donauit, inscripsit et re-
signauit titulo, mera, pura et irreuocabilis donatione,
Ita quidem dat, donat, inscribit et resignat perpetuè
Vt in eum per ipsum Canosium Stiboxium Krzyzkow,
sui granarium prenominatum cum omnibus ad eum
pertinentibus, vtilitatibus qz, commoditatibus vniuersis
hereditatibus, tenendum, habendum, disponendum, ac pacifice
et quiete temporibus perpetuis possidendum, Necnon
dandum, donandum, vendendum, commutandum, et
in vsus suos beneplacitos conuertendum, in toto iure,
dominij, et proprietatis ad granarium hoc factum sibi aut
suis successoribus reseruando, sed totum in ipsum Cano-
sium Stiboxium Krzihorowsky et eius successores trans fe-
rendo et transmittendo perpetuè Et in eum Et ia

exmmt prænominatus Caspar Nolskej dat et dedit præ-
dicto Liborio Krzikowskei in præfatum granarium ri alem
instromissionem et actualem possessionem per Ministerialem
terrestrem quemcunq; sibi elegerit ad introomittendum
Debebit autem et tenebitur ipse Nobilis Caspar Nolski dictu
Liborium Krzikowskej ottone granarij præfati, tuej, eui-
cunc, et liberare ac absq; indemnem reddere ab impetitione
quarumlzt personarum totiés, quotiens opus fuerit sub dam-
nis terribus. Quam quidem recognitionem nos ratam et grata
habentes, eam in omnibus punctis, clausulis, et conditio-
nibus approban, confirman et ratificandam duximus, ap-
probamusq; confirmamus, et ratificamus quibus litte-
nostris, decernentes eam robur debitæ firmitatis perpetuo ha-
bituram. In cuius rei fidem &c. Datum Vilnæ feria
secunda in vigilia Nativitatis gloriosissimæ virginis Ma-
riæ. Anno domini 1557.

Ossio.

Inscriptio Simoni Lois
Laedanensi super 4 0000
florenorum facta

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c.
quod cum Nobilis Simon Lois subditus noster fidelis dilectus
pro sua in nos fide et obsequentia ad expeditionem præsen-
tem nostram Ruthenicam viginti millia talerorum sub certa com-
pensione nobis iampridem mutuo dedisset, atq; tanq; ulteri-
alia viginti talerorum millia nobis in multimm usu daret

Nos pro hac eius in nos fide, studio, et obseruantia gram
in eam nram tristitiam facere, atq; illi de ea ipsa summa no-
bis mutuo data quadraginta sex talerorum millibus, donec
cauere volentes, ipsi & eius successoribus eam ipsam integra
quadraginta millium talerorum summam in pensione nra
annua perpetuaria Ciuitatis nrae Cledanensis quam fisco
nostro Ciuitas ipsa annis singulis inposterum tenetur, duorum
sexti Millium et quadringentorum florenorum pecunia monetae
& numeri regni nri illi demonstrandum, inscribendum,
et assecurandum duximus, demonstramus, inscribimus & as-
securamus cassantes priorem inscriptionem nram ipsi super
viginti Millia talerorum per nos factam litera tristitiae nris.
per ipsum Nobilem Simonem Loitz & eius successores pen-
sionem praefatam duorum Millium et quadringentorum
florenorum ex Ciuitate praefata Cledanen. tollendam, leuan-
dam et percipiendam usq; ad plenam et integram summae
quadraginta talerorum millium per nos vel nostros successores
persolutionem. Quod omnibus quorum interest, nominatim vero
Ciuitatis nrae Cledanensis Senatui denuntiamus mandantes,
et Nobili Simoni Loitz pensionem nram annuam pecu-
niariam nobis et fisco nostro debitam duorum sex Millium
et quadringentorum florenorum Nobili Simoni Loitz annis
singulis pro temporibus constitutis ad ipsius quietationem
dent, exhibeant, et persoluant, usq; ad eiusdem pensionis re-
per nos aut successores nros redemptionem. Nos uero quie-
tationes ipsius Simonis Loitz equa ac ratas et gratas nostra
subscriptas valere volumus, eadq; ratas et firmas vbiq;
haberi volumus. Quoniam autem ad breuium adhuc
Senatus Cledanen pensionem hanc nram pecuniariam
Ciuitate nostra Cledanen nobis proueuientem exte-
nuationis iure percepturus est. Interea per hoc breui-
um summam praefatam interesse nomine ex fisco nro

terraxmm prussie solutnros nos polliceminx. Mandates
Cnoso Joanni Kosthka de Stemborgk Castellano Cedanen
terrarmm nrarmm prussie Thesaurario, ac puteabi Die
szouitnqz Capitaneo, vt ipsi nobili Simoni Loitz duarmm
Millium florz et quadringentorxmm mmeri & monete pe-
gnimi summam ad biennium vsqz mmeret & persol-
uat. Biennio vero exacto iam Nobilis Simon Loitz
a Senatu Cedanensi pensionem prefatum duorxmm
Millium et quadringentorxmm florzum annis singulis
peripiet, et in vsus suos comertet vsqz ad plenam et
integram summe capitalis quadraginta Millium florzm
per nos vel nostros successores persolutionem, quo facto &
non amplius pensio ipsa Cedanen ad nos et nros successores
redibit. In cuius rei fidem et testimonium mam nostra
pntibus subscripsimus et sigillum nostrum appendi
iussimus. Datum Vilne sabbato ante dominicam
Sanctissime et individue Trinitatis. Anno dom
ni M. o. c. xii. Regni nri xxviii.

Libertatio Aduocatiarii krze-
picen et in Zaiaczkowo ab oibus
oneribus. castro Regio krzepicen
debitis, ad extrema Cnosi Mathie
Bleszynski earu possessoris vitam typa.

Sigismundus Angelus &c. Significamus &c. Quod
nos gratiam nram in Cnosum Mathiam Bleszynsky fi-
delem nostrum et Aduocatiarum nrarum in oppido krze-
pice et villa Zaiaczkowo minori Semtaxim pro eius in
nos meritis testatam facere volentes, Ipsum ab omnibus
censibus, oneribus, debitis et seruicijs nobis et Castro nro

Recepcõ ex eis ipsis Recepcõ et in Laiaczkow duo-
catûs debitis, absolnendum et liberandum dnx^mus, absol-
ûmmõgz et liberamus præsentibus leis ad vitæ eius extre-
ma tempora. Ita ut toto vitæ suæ tempore nullos ten-
sus, labores, onera, aut seruitia nobis & Capitaneis nris
Recepcõ præstare teneatur. Ad expedicionem tamen
bellicam et alia Reipnb. onera obligatum esse volu-
mus. In cuius rei fidem &c. Datum vilne feria
. quinta in vigilia Corporis Christi. Anno do-
mini M D L vii. Regni XXVIII
Regis.

Consensus Regius super Re-
ceptionem aduocatiæ Laicensi-
sis Honesto Francisco Smie-
uanski sartori Regio datus

Sigismundus augustus &c. Quia nos
habentes rationem diuturnorum et fidelium seruitiorum
honesti Francisci Smieuanski sartoris nri, volentesqz in
eum gratia nostra aliquos extare testimonium, ipsi con-
sentiendum duximus aduocatiam siue Scultetiam nram
Laicensem in districtu Ozmensi sitam de manibus pro-
uidorum Matthiæ Magda Nicolaj Deius, Pauli Deius et
Caim modernorum possessorum eiusdem aduocatiæ seu
Scultetiæ, ac aliorum omnium uis et interesse se habere
ad eandem aduocatiam prætantium quorum nomina et
cognomina hic pro expressis haberj volumus summa
petimia in eaipsa aduocatia iuste et legitime inscripta
redimere consentimusqz et admittimus leis hisce nostris

ultra tamen summa originalis augmentum & exces-
sum per ipsum honestum Franciscum Lievanbly quo-
catiam seu soultetiam prenominatam tenen, habend, pacifice et quiete possidendam usq; ad plenariam et integram summe inscripte et in redemptione exposita persolutione
volentes autem nobis gratia nostre in eum extare testimonium, ipsum et uxorem eius unam ac filium natu maiorem qui ei superexit ceu in possessione pacifica et
ossufructu libero quocatie, seu soultetie ipsatz Latouwen conservandum et relinquendum universis, consentaneusq; et relinquimus litteras hisce nris ad vite illorum et utrius eorum successum exhibitione tempora. Promittentes verbo nro
Regio pro nobis et successoribus nostris, nemini nos nec successores nros quocatiam predictam Latouwen ab ipso honesto Francisco Lievanble & uxore eius ac filio eorundem redimere permissuros, sed neq; nos nec successores nros, ad fisci nri mensam cogimur, et alium quemuis grauem et ordinariam nostram et Regiam necessitatem redempturos, verum illos quocatia superius nominata quiete vitalitio q; diu vixerint permissuros. Si quid autem in contrarium à nobis factum aut ex Cancellaria nostra cuipiam fuerit concessum, illud pntibus tollimus, cassamus, et abrogamus, nullius q; roboris & momenti fore uolumus pronunciamus. Mortuis autem illis, eum successoribus eorum summa in eadem quocatia inscripta eorundem successoribus fuerit persoluta, illius possessio ad nos eonuerso redibit, nisi pleno, iuribus nris ibi semper saluis manentibus. Et autem eo diligentius idem Franciscus Lievanski nobis inseruire valeat ex speciali gratia nra eum ab omnibus, censibus, pensionibus etiam laboribus et ductu quibuscuis quocumq; vocabulo nuncupatis, tam nobis q; Capitaneo nro Gerrnen de eadem quocatia

debitis per ptes lras nostras absolimus et liberam faci-
mus ista illius et uxoris eiusdem honesta ama
tantummodo dnxante . In cuius rei fidem. Datum
Vilne ipso die Sacratissimi corporis Xpi . Anno dni
M. D. L. VII . Regni mi x x viii.

Tribunatus Zakroczimen morte Generosi Nicolai Kul-

skii vacans, Generoso Kriski in forma Can-
cellarie Vilne die Sabbato intra octanam Corporis
Christi Anno 1557. datus.

Consensus super redimendam Aduocatiam in Oppido

Calilo de mambus Nobilis Knaziczka
relicte vidue Nobilis olim Nobi Kudziczki mo-
derna Lemtriens, Nobili Jacobo Janczewski cum qui-
talitate in forma Cancellarie non obstantibus lris post
datam primum editis, Vilne die dominico infra octa-
vas Sacratissimi Corporis Christi . Anno domini 1557.
Regni mi x x viii, datus.

Emptio Molendini pro certa pecuniarum summa.

in villa Regia Kamion fluuiogz Bznaszici per Jone-
stum Stanislaum Kamienski Przeczialc de Przeczlawi-
ce, ab Stanislao Kamienski assensu
Regio firmatus, Necnon aduitalitas supra eundem
Molendinum eidem Stanislao Przeczlah Vilne die
x x. Junij Anno 1557. concessa.

Consensus Regius Nobili Baltazaro Ra-
bimski, ut possit medietatem ville Dableuo dicte nom
omnibus ad eam ex antiquo pertinentibus, de manibus
Nobilium Corimski et Maliszewski
modernorum eius possessorum et aliorum si qui ibere id
ad se asserant pertinere, redimere, datus cum debitalitate
in forma Cancellarie sub actu vilne die xxi Junij
Anno dni 1557. Regni nri xxviii.

Ossio.

Consensus Regius super li-
beram condescensione de Advo-
catia in oppido Nizankowicze
et Nobili Andree Starkow-
ski datus.

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c.
Quod nos ad interuissionem vestrorum consiliariorum no-
strorum pro Nobili Andrea Starkowski Advocatiq op-
pidi nostri Nizankowicze in districtu Przemisliensi situ tem-
tario ad nos diligenter factam, ipsi consentiendum et per-
mittendum duximus, Voti quidem consentimus et permit-
timus litteras hasce nostras, quod possit Advocatiam ipsa
nostram oppidi Nizankowicze, cuius tenor dutaliciale
super dictam Advocatiam per nos illi concessum Nobili
Andree Starkowski nepoti suo apud libros Vestrorum
quorumuis terrestrium vel Castrensium resignare ac de
possessione dicta Advocatia eidem condescendere per
Dominalem Andream Starkowski Nepotem illius
Advocatiam ipsam oppidi Nizankowicze postea illi
resignata fecerit mixta privilegia eius Advocatie

originalia tenen. habeñ vtifruen, pacifice ac quiete pos-
sideñ volentes q̃ terra gratia nostra in p̃enominatñ
Andream Starzechowski manus extare testimonium, ipsñ
in possessionem dicte Aduocatie modo p̃missо sibi resignate
ad vitæ Mius extrema tempora conseruandum et relin-
quendum duximus, vti quidem conseruamus et relinquimus
hijs lit̃is nris. Promittentes verbo nro regio pro nobis
et successoribus nris, quod q̃dem p̃enominatus Andreas
Starzechowski uixerit, nemini Aduocatiam ipsam de manibus
illius redimere permittemus, nec successores nostri permittet
sed nec̃ nos ipsi eandem pro mensa, fisco, cognata, seu
alio quouis nostro ed̃ & eiusdñ. Nisi ac necessitate redimemus
nec successores nostri redimant, sed cum ad vitæ illius ex-
trema tempora in nostro gremio ac pacifica dicte Aduocatie
possessione conseruabimus et successores nri conseruabunt.
Post mortem vero illius cum successoribus eius summa
in dicta Aduocatia expressa numerata et soluta fue-
rit possessionem eiusd̃ Aduocatie cedere tenebimur nr̃is, Ju-
ribus nr̃is ibidem semper saluis. In cuius rei testimo-
nium &c. Datum Osilne feria quinta ipso die festo
Sancti Joannis Baptiste. Anno domini M.o.c.c.c.c vii.
Regni nostri Anno viii.

Visio.

Consensus Regius Nobili Joanni
Starzechowski castell. Przemi-
sliensi datus, ut possit Nobili
Jacobo Przesiedlieczki de Aduo-
catia Villæ Dobrohostow apud
eta quæcunq; sua terrestria
sua castrensia condescendere.

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c. Quod
nos precibus Cinosi Joannis Starzechowskij Castellani
Premisliēn et Capitanei Drohobiensis addicti, ipsi con-
sentiendum et permittendum duximus, quod possit Aduoca-
tiam nostram villae Dobrohostow quam in certa summa
pecuniaria sen sedm priuilegia super ipsam Aduocatia
per eum habita possidet, iusq; omne sum super ipsam
Aduocatiam per nos illi concessum Nobili Jacobo Przebie-
dlieglij apud acta quacunq; sua terrea sua Castrensia
resignare, ac de Aduocatia ipsa condescendere, vti quid
consentimus ac permittimus litter his nris per nomi-
natum Jacobum Przesiedlieglij Aduocatiam ipsam prodea
illi resignata fuerit cum omnibus ad eand pertinentibus
secundum priuilegia eiusdem Aduocatiq originalia, tenen
faben, pacifice et quiete ad Illius redemptionem possiden-
dducti praetexta precibus pro pfato Jacobo Przebiedlieglij
apud nos interpositis ipsum in possessione dictq Aduocatiq
conseruandum et relinquendum duximus, vti quid consen-
timus et relinquimus his litris nris ad dictq illius ex-
trema tempora. Promittentes verbo nro Regio pro
nobis et Successoribus nris quod quidem pro-
minatus Jacobus Przesiedlieglij vixerit, nemini Aduo
catiq Illius redimendā de manibus eius ptatem nos esse
concessuros nec successores nri concedet. Sed neq; nos ipsi
eand pro mensa, fisco, cogmia, seu alio quouis nro seu
Reipub. Osn ac necessitate redimemus, nec successores
nostri rediment, sed eum in possessione pacifica et quie-
te Aduocatiq ipsius Osn ad extrema dictq Illius tempora
conseruabimus et successores nri conseruabunt. Post
mortem vero illius, cum summa litis originalibus ex ipsa
successus illius numerata et soluta fuerit, possessorem
dictq Aduocatiq cedere tenebimur. Juribus nris re-

galibus ibidem semper saluis - Dr cuius rei fid
re. Datum vilne feria q̃inta ipso die festo Sancti Jo:
annis Baptiste. Anno domini. M.D.L.xii. Regni
nri x xviii.

Visio.

Instrumio fori annui ni ciuitate Siradien pro festo sancti Augustini annuatim celebrandi.

IN Nomine domini amen. Ad perpetuam rei me/
moriam. solent Reges et Principes gnorum memoriam volunt
esse perpetuam ea Quarum mominum ab obliuione vendi/
cari. Quamobrem nos Sigismundus Augustus dei gra
tia rex Polonie. magnus Dux Lithuanie. necnon terrarum
Russ. re. Significamus etc. Quod tametsi olim
Serenissimi predecessores nri Reges Polonie Nundinas in Ciuitate
nostra Siradiensi certis pro temporibus instituerint. Quoniã
tamen ex proconsulis et Consulibus totaq̃ communitate Ciui/
tatis nostre Siradiensis intelligimus eas ipsas Nundinas
non satis commode et opportuno tempore instituitas esse pro/
pterea quod festis celebribus peragunt. Supplicaverunt
itaq̃ nobis. ut illis ad priùs institutas Nundinas alteras
pro festo S. Augustini adderemus ac celebrari pateremur
Nos et precibus eorundem Ciuium benigne annuentes,
et commoda Ciuitatis nre Siradiensis augere volentes
Nundinas in suprascripta nra Ciuitate Siradiensi insti/
tuimus, ac edicimus hus Festi nris temporibus perpe/
tuis pro tempore et festo supra expresso dari pro

festo Sancti Angustini / extra tamen aliarum Ciuitatum et oppidorum nostrorum preiudicium & detrimentum. Ita quod omnes et singuli homines sexus utriusq; cuiuscunq; status et conditionis fuerint / ad hanc ipsam Ciuitatem ciuitatis pro ipsis emendis conficere possint singulis annis pro tempore supra nominato causa emendi et vendendi / res pro rebus et merces pro meribus permutandi & capiendi et alia negotiationis gna exercendi remittentes in accendendo & redemdo vra et Successorum nostrorum securitate et libertate potiantur & gaudeat nisi tales sint quos iura et leges fouere no permittunt et gribus proborum hominum consilia meritò erunt denegenda / In cuius rei fidem Datum Vilne die Sancti Joannis baptiste. Anno 1557.

Rex Sigismundus.

Confirmatio Iurium ventis Abbatis Oliuensis, pro parte Senioris villæ Pielbicz infrascriptarum:

Sigismundus Augustus &c. Significarunt &c. Productas esse coram nobis nomine Senioris villæ Pielbiczen Iuras infrascriptas, atq; supplicatum esse, vt eas auctoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum quidem Iurarum tenor sequitur et est talis. Noverint universi presentium Notitiam habituri, quòd nos frater Bernardus Abbas in oliua de fratrum nostrorum vnanimi consilio ac assensu honesto viro Dominico suisq; heredibus ac Vtilis sures

soribus villam nram pulbicsm trigmta qmingz manso m
mensura continentem uiri Cnlmensi possidendos contulimus
snbscriptis conditionibus tamen et circumstanciis infrascriptis,
vzt quod dominus Dominicus Scultetus et sui successores
quartum dimidium mansum liberum habebunt, cum tertio
denario iudiciorum. De reliquis vero trigmta et altero di-
midio manso, de quolzt manso decem et octo Scottos et duos
pullos in festo Sancti Martini nobis dabunt, et subtici
dicte villae duos dies in Cruia nra ponto in falcatione fe-
in sen in messe cum falcibus sen falcastris aut serwibus no
aliter, signis propriis snb expensis fideliter laborabunt.
Casterum in mensa olta mensuram agrorum eis commen-
suratam possint pascere pecora sua et ligna recipere
sua ad construenda edificia. Praeterea Sculteto et
suis successoribus liberam damus in maxi nostro snb domi-
nio piscandi facultatem et ex precepto dominorum ad
reissam vie et cum vadio nostro pro insignendis
finibus propriis equalitatem nostris snbexpensis praefatus
Scultetus et sui successores quotiens requisiti fuerint, sicut
alii nostri Sculteti facient, ipsi facere tenebuntur. In
quarum testimonium praesentem literam sigillo
nostro nostrigz comendi fecimus communiri. Datum
in Oluia Anno domini M.o.xxxvii. in die Jmo:
centum. Pntibus fratribus nris, fratre Georgio priore,
fratre Martino Zagari Nicolao Cristburg, fratre Cordi:
custo furnario, fratre Joanne superiore, fratre Andrea
Capellano, aliisqz fide dignis. Quas quidem literas supra:
scriptas nos Sigismundus Augustus Rex nominatq
literas sic insertas approbamus, confirmamus et ratificamus
eas sigillo nris, decernen eas robur debitę et perpetuę
firmitatis habituras. In cuius rei testimonium rc.
Datum Vilnae feria sexta postridie festi S. Joannis

Baptiste . Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo . Regni vii xxvim.

Extio ml bug

Confirmatio Irarum Ven Petri Vissel sui canonici Wladislauiensis pro parte Famati Bartholomei Tecke Cingulatoris & Ciuis Gedanensis.

Sigismundus Augustus &c. Significamus &c. Productas esse coram nobis Iras infrascriptas, nomine Famati Bartholomei Tecke cingulatoy ac Ciuis Gedanen Iras infrascriptas, atq; supplicatum esse ; Vt eas authoritate nostra regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur . Quarum quidem Iarum tenor sequitur et est hic . Petrus Visselski Canonicus Wladislauien Ecte maioy ad sanctam Mariam in Gedano Plebanus, Pomeraniæ et Gedanensis officialis Vniversis et singulis pntibus et futuris . Notum facimus per pntes . quia nos considerantes domnicellam ad nos et parochialem nostram Gedanensem pertinentem quam in prebendo prouidus Joannes Meller Cingulatius inhabitat ruinosam et penitus collapsam quæ indiget sinis in ædificiis multa reformatione et restauratione, ideo præmissa domum restaurare volentes, Prouido Bartholomeo Tecke Cingulatori et Ciui Gedanensi, et legitimæ uxori suæ una cum Laurentio filio eorum legitimo ad vitæ eorum successuie sub Anno censu decem marcarum et octo grossorum a festo Paschæ Anno millesimo quingentesimo quin-

quagesimo sexto Dñi Michaelis proxime decursso / ita
quod martas nonem pro festo Dñi Michaelis / et alteras
nouem martas pro festo paschae ratis et festis sic pro-
me et immediate sequentibus quotannis nobis successoribus
nris pro tempore existentibus ipse Bartholomeus cum uxore
sua et successive Laurentius eorum filius pendere et soluere
tenebitur inhabitandam / possidend / regend / gubernand / re-
forman / condux'imus / pront et presentibus condnimus sub
tali conditione quod ipse Bartholomeus cum uxore sua re-
gnia et filio Laurentio edificia hmismodi casura et ru-
nosa praefata domus toties quoties opus fuerit restaurare
reformare / et excrementa stergilm eiusdem domus pro-
priis expensis euehere tenebitur et tenebuntur . Casu
uero si nos uel successores nri praefatum Bartholomeum
aut uxorem uel filium praedictum de eadem domo alienare
uel uoluerimus uel uoluerint / extunc nos uel succes-
sores nostri omnia per ipsum Bartholomeum siue filium
ipsius successiue reformata et restaurata taxare / et in-
estimationem bonorum hominum eidem Bartholomeo
Tecki aut uxori ipsius uel etiam Laurentio eorum filio
satisfacere debebimus uel debebunt . Digna quidem domo
dictus Bartholomeus et successor illius Laurentius exire
et discedere non tenebuntur / donec illi uel illis solutum
et per nos uel successores nros pro praemissis satisfa-
ctum fuerit . Quae omnia et singula uobis omnibus et
singulis intimamus / insinuamus / notificamus / et ad
uestram et cuiuslibet uestrum indubitatam noticiam deduci-
imus et deduci uolumus per presentes . In quorum om-
nium et singulorum fidem et testimonium premissorum sigillum
nostrum presentibus est subappensum . Datum et Actum
Gedani in domo nostra Scabinali die undecima Nouem-
bris . Anno 1556. Joannes Omichtzki publicus et

ctorum consistorii Cracouiensis notarius ma pro-
pria ffecit. Quas quidem literas supra scriptas Nos Si-
gismundus Augustus rex prenominatus supplica-
tioni eiusmodi annuentes approbamus rc. In cuius
rei testimonium rc. Datum vilne feria sexta po-
stridie festi Sancti Joannis Baptæ. Anno dni
1557. Regni nri xxvm

Confirmatio literarum diui
olim Kazimiri Polonie Regis
pro parte Famatorum Pro-
consulis consulum & toti-
us communitatis Ciuitatis
Siradiensis.

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei me
moriam Nos Sigismundus Augustus rc Exhibitas
esse nobis pro parte Famatorum Proconsulis, Consu
lum et totius communitatis Ciuitatis nre Siradiensis
Diui olim Kazimiri Regis Polonie predecessoris nri leas
in pelle pecorina scriptas, titulo & sigillo eius pendu
lum munitas, integras et nulla in parte suspectas tenor
infrascripti. In Nomine domini amen. Nos
Kazimirus Dei gratia rex Polonie: necnon terrarum
Cracouie, Sendomirie, Siradie, Lanicie, Cuiauie ac
magnus Dux Lituanie, Pomeranieq3 dnus & heres
Russie rc. Ad perpetuam rei memoriam. Si-
gnificamus tenore presentium quibus expedit omnibus
presentibus et futuris presentium noticiam habituris. Quod
coram aula nostra Consilium Prouidi prodesni et Consu-
les Ciuitatis nre Siradien nostri fideles, nostra expo-

ſnerint Mti qualiter nonnulla priuilegia et iura à prae-
deceſſoribus nris regibus Polonie ſuccessiue Ciuitati Viradien
ſi et eius Incolis data et concessa per improuidam
eorum seruationem omnia deperdita taliter quod ipſi et prae-
fata Viradien Ciuitas eisdem est penitus orbata, et pro
tanto nobis ſupplicauerint et ipſis et praescripta Ciui-
tati ex nra benignitatis clemencia hmi smodi iura co-
cedere dignaremur, cuiusmodi à praedecessoribus nris
praescripta Ciuitati Viradien et Incolis eiusdem fuerut
concessa data et donata. Et nos ſupplicationibus eo-
rundem Proconſulis et Conſulum et pote iustis benigni-
ter annuen, praesertim attento eo, quod ipsa Viradiensis
Ciuitas inter alias terrarum Regni noſtri Capitales Ciui-
tates pro Capitali Ciuitate habetur, volentesq; perinde
ipſius Ciuitatis tanqm in terra Viradien principalis et
Capitalis conditionem facere meliorem ipsam Viradiense
Ciuitatem pront in ſuis limitibus et granicieb⁹ longi-
tute, et circumferentialr est distincta et limitata de
iure Polonico in ius Theutonicum quod Maydemburg-
gen dicitur transferimus perpetuo duraturum. Re-
mouentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos et co-
ſuetudines communes quae ipsum ius Theutonicum Mai-
demburgen praefatum plerumq; solita sunt perturbare.
Et insuper absolimus et perpetuo liberaq
omnes et ſingulos eiusdem Ciuitatis Viradien Ciues
inhabitatores et Incolas ab omni Iurisdictione et
potate omnium Regni nri et terrarum eiusq; Palati-
norum, Castellanorum, Capitaneorum, Iudicum,
Subiudicum, Camerariorum ac aliorum quorumuis
officialium et Miniſterialium eorumq, ut coram ipſis
aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis q̃s pari-
